



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 98. Viterbiensis Episcopus a Papa pro impediendo hoc Nationali conventu ad Regem ablegatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

„jus voluntatem negotia omnia Eccle-
„siastica referri debent, non ad gesto-
„rum rationem reddendam, sed ad ge-
„rendi potestatem impetrandam: etenim
„per edicta, quæ jam promulgata sunt,
„manifesta ab Apostolica Sede defectio
„in illud Regnum fuit introducta „

§. XCVIII.

*Viterbiensis Episcopus a Papa pro
impediendo hoc Nationali conventu
ad Regem abiegatus.*

Tandem summus Pontifex de hoc Na-
tionali Concilio in Galliis celebrando
plene edocebatur, acceptis literis, quas
eidem non modo Cardinalis Turno-
nius tum in Aula agens perscripserat,
sed etiam Burdesierus, qui anno sequenti
Cardinalitia purpura decoratus est:
eapropter Pius IV. Episcopum Viter-
biensem ad Franciæ Regem ablegare
cogebatur, qui eidem hæc significaret:
„Concilium Gallicæ nationis erit instar
„schismatis ab Ecclesia universali, aliis-
„que nationibus pessimi exempli res,
„nam Franciæ Præsulorum animis fu-
„perbiam afflabit, & auctoritatis suæ
„amplificandæ, etiam cum dignitatis
„Regiæ imminutione, studium inspira-
„bit; omnibus enim est perspectum, quam
„ardentibus votis illi Sanctionem Pra-
„gmaticam cupiant restitutam, ac pro-
inde

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

„inde de ea revocanda prima, ac potissimum
 „tissima ipsis erit cura: inde autem futurum,
 „ut Regi collatio Regalium, & Episcopatum,
 „ac Abbatiarum designatio decedat: dein cum
 „dignitates obtentas Regi debitori haud amplius
 „sint, semper ipsius imperiis ubique reluctabuntur,
 „eaeque mala ex concilio nationali haud dubie
 „emanabunt, interea tamen praesentibus malis
 „nulum inde remedium affertur; haeretici enim
 „omnes jam pridem professi sunt, quod ipsi
 „Episcopos nullo loco habituri, atque adeo vel
 „hoc solo nomine, quicquid illi decreverint,
 „aut omnino actitaverint, Protestantium
 „ministri impugnaturi: ceterum salutare
 „remedium istud erit, ut Praesules, & Parochi
 „in sua quisque dioecesi ad gregis sui curam
 „attendant, luporumque rabiem amoliantur,
 „& adversum eos, qui a fidei Inquisitoribus
 „haeretici denuntiantur, judiciorum ratio
 „procedat; immo ubi vis major non prohibet,
 „priusquam malum vires eundo acquirat,
 „arma in eos expediantur, ut in officii sui
 „semitam reducantur: haec si fiant, tum ex
 „Oecumenici Concilii, quod jam nunc est
 „indicendum, celebratione fructus non exiguus
 „poterit sperari: si vero Rex in animum inducat,
 „contumaces prius flectere ad obsequium,

Sæcul. XIV. A.C. 1560. sequium, antequam hi audacia, ac
 viribus majorem in modum auferunt,
 tum Papa opes universas paratus est
 impendere: operam quoque apud Phi-
 lippum Hispaniæ Regem, & Italiæ
 Principes, ut in hac causa validis illi
 subsidiis opitulentur, ultro pollicetur:
 sin autem Rex sibi persuaderi non pa-
 tiatur, quod subditi ad obsequium vi-
 armisque cogendi sint, saltem Geneva
 mali ejus, quod universam Galliam
 disperdit, fons, & origo armis peti-
 tur: inde enim sectariorum virus in Gal-
 liam, & loca vicina derivatur: porro
 ea radice accisa fomes mali auferre-
 tur, atque bello extra Regni fines
 translato, Gallia noxiis, quibus agi-
 tatur, humoribus evacuabitur. Postea
 idem Episcopus Viterbiensis Taurinum
 contendens juxta mandatum sibi im-
 positum hac de re cum Sabaudia Duce
 agebat. (*)

§. XCIX.

(*) Cuncta hæc Continuator ex Sarpio ad
 verbum descripsit, cur autem illum in margine
 adlegare ausus non est? cum tamen nullum
 alium Scriptorem in hujus commenti testem
 præter hunc mendaciorum Architectum pro-
 ferre potuerit, qua ratione a principio sui
 sermonis dicere valuit, facile deprehensum
 fuisse, quod Pontifex non nisi invitus Syno-
 dum